

Ex quorum verbis quantum coniecturare possumus circa finem sequentis mensis Novembris aut ad plus ante festum nativitatis memoratam ambasiatam nobiscum constitui arbitramur. Et licet haec res tam pia et necessaria communis sit omnium christianorum et ad eam consiliis et auxiliis promovendam quilibet catholicus pro viribus obnoxius existit, nemo tamen est cuius ad ipsum facere magis intersit, quam episcoporum et praelatorum ecclesiae, qui tamquam pastores et duces christiani populi primi ad succurrendum necessitatibus ecclesiae esse tenentur. Et quoniam quod a pluribus quaeritur facilius inveniri solet, et eo promptiores ipsos Bohemos ad unitatem nostram suscipiendam sperandum sit, quo sacrum concilium numero et auctoritate plurium insignium personarum repletum viderint, necessarium fore existimavimus inter alios antistites, quos ad tam sanctum opus accersimus, te etiam personaliter convocare. Cum quanta igitur instantia possumus te hortamur et deprecamur et in virtute sanctae obedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae districtae praecipiendo mandamus, quatenus ante festum nativitatis dum proxime sequens personaliter in hoc sacro concilio pro tanto bono praetermissis quibuscumque aliis negotiis adesse debeas, certificantes quod nullam excusationem, quaecunque illa sit excepta gravi corporali infirmitate admitemus, quia cum in ecclesia dei nulla sit maior necessitas, quam ut Bohemi ad unitatem ecclesiae reducantur, merito omnia alia negotia huic postponenda sunt.¹⁾ Si vero corporali infirmitate detineris, ita quod huc accedere nequeas, cures quocumque potes notabiles viros de tuo clero ad sacrum concilium destinare. Quod si feceris prout speramus deo omnipotenti cuius res agitur te gratissimum reddes, christianae religioni plurimum proderis tuaeque praeclarae nationis Germaniae quietem ac tranquillitatem procurabis et nos omnes sacrum concilium celebrantes ad quaecumque tibi grata promptos efficies. Pendente autem huiusmodi tractatu Bohemorum facies per civitatem et diocesim tuam orationes speciales indici, ut omnipotens deus ipsorum corda ad unitatem ecclesiae inspirare dignetur. Datum Basileae vicesima septima Octobris millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

¹⁾ B. Johann war noch am 20. Jan. 1433 (d. Fabiani et Seb.) in Stolpen, während die böhmische Gesandtschaft schon am 4. Jan. ihren Einzug in Basel gehalten hatte; doch scheint er bald nachher abgereist zu sein.

No. 948. 1434. 19. Febr.

Das Concil zu Basel ordnet durch alle christliche Länder, da wegen verschiedener unvermeidlicher Ausgaben das Aerar erschöpft ist, die Abgabe des zwanzigsten Theils (vicesimi denarii s. semidecimae) von allem und jedem Einkommen der gesammten Welt- und Klostergeistlichkeit aller Grade, selbst vom Almosen und Privatvermögen derselben an, und ernennt den B. Johann von Meissen zum principalis collector et commissarius in seiner Diöcese mit der Befugniss einen oder mehrere Unter-einnehmer (subcollectores) zu bestellen und diese mit den erforderlichen Vollmachten zu versehen. Datum Basileae XI. Kal. Martii etc.

Nach einem Transsumt dess. Jahres im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Vgl. No. 956.